

aptissimum ex MS. Etymologico apud Koën. ad Gregor. p. 160. locum citavit Hermannus* Præf. p. 23. cujus ultima, ut insanabilia, prætereo; priora proculdubio sic legenda; Ἰστέον ὅτι ἰβ̄ φωναί εἰσι τοῦ αἰεί. ἔστι γὰρ αἰεὶ καὶ αἰέν καὶ αἰῆς ποιητικῶς καὶ αἰεὶ συνεσταλμένον [καὶ αἰεὶ ἐκτεταμένον] καὶ αἰ̄ (ut recte Koënius) παρὰ τοῖς Αἰολεῦσι. *ad. p. 219.*

(C) Esto, ut τύπτεαι in τύπτῃ ac τύπτει pari jure contrahere potuerint Attici, utram contractionem putas prælaturos? Certe eam quæ modos diversos distingueret.

(D) Debueram fortasse χρῆν excipere, quod non minus quam ἐχρῆν in Scena Attica occurrit, etiam apud Comicos, quomodo, ut uno exemplo contentus sim, Hermippum Athenæi VIII. p. 344. D. Τοὺς μὲν ἄρ' ἄλλους οἰκουρεῖν χρῆν, πέμπειν δὲ Νόθιππον ἐν' ὄντα. Sic recte Aldi editio, male recentes ἐχρῆν. Quod ait Brunckius, quædam esse verba, quibus solenne sit augmentum abjicere, verba ea, quæ augmentum nunquam habuere, abjicere non possunt. Attici semper dicunt ἄνωγα, nunquam ἦνωγα, sed augmentum plusquam perfecto tempori reservant, Œd. C. 1598. Similis est ratio in καθεζόμεν, καθήμεν, καθεῦδον, quibus augmentum non præponunt Tragicæ, Comici pro arbitrio vel præponunt, vel abjiciunt. Erravit igitur Brunckius ad Æsch. Prom. 229. Soph. Œd. C. 1597. Duplex aliquando augmentum admisere ut in ἦνεσχόμεν, ἀνεσχόμεν, quorum utrumque Tragicis fami-

* Euripidis Hecuba. Gothofredi Hermanni ad eam et ad R. Porsoni Notas Animadversiones. 8vo. Lipsiæ 1800.